



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, praecipuè aegras & captivas ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

§. 12. Quid circa instructionem devotarum Personarum observandum sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](#)

cationis, & perfectiorem illius executionem proderit, vestigulas quasdam & axiomata illi suggesterit, juxta quæ in aliis virtutæ Religiosæ decursu sese dirigere & stabilitate possit, via v. g. esse possunt: Si quis non renunciar omnibus nostris possidet, non potest meus esse discipulus. Tantum prof maje quantum tibi vim intuleris. Tantum ad virtutem adjunctam quantum ex voluptate detraxeris. Prima virtus Modestia est, hominum judicia contemnere. Sicut abundant benefices Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Nemo mitens manum ad aratum, & respiciens non aptus est regno Dei. 5. Eundem ob finem poterit etiam libellus aliquis spiritualis de hono Religionis vel quantum Ecclesiastici tractans ad legendum offerri, maximè quod ronimus Platus, aut Lucas Pinellus de perfectione Religionis. Plura pro hac instructione reperiri possunt in libello, sive Methodus practica certi vitæ Status deligendi inscribi runt, ubi omnia, quæ ad hanc materiam pertinent, clarè, neque dicè, & solidè pertractantur.

§. IX.

Quid circa Instructionem devotarum Personarum observandum sit.

I. Per has Personas illæ præcipue intelliguntur, quæ in quounque statu constitutæ, non contentæ sunt, uti. I. & Ecclesiæ præcepta servare, sed insuper etiam ad perficiendam Christianam suo statui convenientem aspirant, & id cujus quia Dei se servitio impensis devotent, devotæ meritos nos cupantur. In quibus sanè dirigendis major, quam in alijs, prudentia, dexteritasque requiritur; quæ quidem caru sequentibus ferè præceptis & industriis consistere videtur.

II. In primis ante omnia efficere conetur, ut bene integrant, in quo vera devotio consistat, nam, ut bene S. Franciscus Salesius p. 1. introd. advertit, permulti actionibus exterioribus quibusdam externis ad sanctam devotionem proficentib[us] se induunt, & palliant, & credunt homines in Paride devotos & spirituales esse, cùm à parte rei revera non plement. Plet. II. simulacra quædam & inania phantasmatæ devotionis sint, ut milites Saulis Davidem in lecto se deprehensuros spectabant; sed illius loco statuam duntaxat vestibus Davidi.

erit, vestitam repererunt. Vera itaque vivaque devotio nihil
aliud est, quam amor, non quidem qualiscunque, sed fer-
missim & accensus; nam in quantum amor divinus animam
ibus nostram cohonestat, & ornat, gratia dicitur, divinaque
pro maiestati acceptos nos reddit; in quantum vero vires ad be-
neficium nefaciendum nobis confert, vocatur charitas: verum cum
Mon jam ad eum perfectionis gradum pertingit, ut nos non solum
ad benefacere, sed etiam sollicitè, diligenter, frequenter, prom-
onos preque Operari faciat, tunc demum devotionis appellatur
nomine. Quod ipsum S. Salesius apta similitudine declarat,
dum ait, eandem ferè diversitatem inter homines reperiuntur,
vel quæ inter aves cernuntur; sicut enim inter aves aliquæ nun-
quam subvolant, ut Struthiones; aliæ nonnisi graviter, &
eligemissæ, & rarissimè, ut gallinæ & anseres; aliæ denique
cello, sape, celeriter, & sublimè evolant, ut Aquilæ, Columbæ, Hi-
scriti ruddines; ita & inter homines aliqui reperiuntur, qui nun-
quam ad Deum subvolant, sed omnis eorum libratio & stu-
dium in terra, circa terram, & propter terram suscipitur, ut
peccatores faciunt: alij per opera sua quidem interdum ad
DEVVM subvolant, sed graviter, & tardè, & tales sunt prohi-
bitiones, qui nondum ad veram devotionem pervenerunt,
Alij denique frequenter & expeditè ad Deum evolant, qua-
, quies sunt ij, qui verae devotionis donum à DEO sunt consecu-
ti. Ex quibus omnibus colligitur, devotionem nihil aliud
perfici esse, quam agilitatem quandam & vivacitatem spiritualem,
& cujus adminiculo charitas suas in nobis actiones, aut potius
ritus nos per illam, promptè, affectuosèque exequitur, & opera-
tur, Unde meritò hæc devotio à Patribus spiritualibus sac-
rifici carum spirituale vocatur; ut enim saccarum immaruros fru-
deretur dulcorat, maturorum verè cruditatem & malignitatem
corrigit; sic devotio à mortificationibus amaritatem, & à con-
sum solutionibus damna aufert; in hyeme ignis vicem supplet, in
estate roris; novit abundare, & penuriam pati: facit, ut æquè
proficit honor & contemptus: voluptatem simul ac dolorem
vultu accipit, & mirabili nos suavitate & gaudio re-
non plet.

III. Hæc devotionis natura in genere cognita allaboret,
ut etiam, quid in specie ad eandem requiratur, cognosce-
re, &

re, & implere studeant. Quia in re facem iterum S. Fr. riosius Salesius præferet, qui in p. 3. Reg. c. 4. §. 5. duos alii desiderat gradus hujus devotionis, quorum prior in eo consistit, ut successa dea & Ecclesiæ, quæ cuivis Christiano communia anima cum omni sollicitudine observentur; sine his enim nullum ciumentio speranda est. Posterior gradus est, ut præter prætates illa omnibus communia, particulares etiam status, voca penitentesque suæ obligationes accuratè ac promptè quisque V pleat; quod si facere omittat, et si mortuos in vitam relinqueret (inquit rectè S. Salesius) expers devotionis est , in p. 3. gratia Dei, & in statu, periculöque certæ damnationis, votum cum mori contingat.

IV. Ut hos gradus tanto perfectius assequantur, homines illos, ut devotionem velut scalam à Jacobo Patriarcha conpectam, per quam Angeli ascendebant ad Deum in eæ scalæ subsistentem, & ab eodem iterum in terram descendebant, sibi imaginetur, indeque discat, sibi quoque actus suas ita distribuendas esse, ut per easdem modò ad Deum cendat (certa videlicet Orationis, Missæ audiendæ, Confessionis executiendæ, Lectioni spirituali &c. tempora constando) modò iterum ad terram descendat, nempe vel pro necessitatibus corporali per refactionem, relaxationem, somniori seriendo, vel proximo per varia opera charitatis iunctionem suam inserviendo. Atque in hac distributione, rūmque quotidianorum accurata, & hilari transactione tam suam perfectionem sitam esse existimet, nam ut saecularis illuminatissimus quidam Asceta dixit: *Summa Religionis (imo & cuius Christiani) perfectio est, communia quæ Religionis (aut alterius statutus) opera perfectè obire.*

V. Præterea illos hortetur, ut, si veram devotionem servare velint, omne id studiosè, fortiterque eliminent, eidem obstaculo esse potest, qualia præcipue sunt anima, vita & inconstantia, quæ non raro in causa est, ut, quæ prudenterque proposita sunt, executioni non mandentur, mutentur, & alia atque alia eo prætextu, quasi meliora pareant, suscipiantur; vel tam multa, tamque diversa arripiantur, quæ simul consistere non possunt; ex quo si pleni duntaxat bonorum desideriorum semper existant, tandem, dum omnes ad perfectionem tendendi vias au-

Emptos atque rimantur, aut temere ingredi parant, multis prægravatis
desiderijs & propositis tum difficultibus, tum permolestis, vel
succumbant penitus, vel plurimum retardentur; illa enim
animum nostrum perplexum admodum, inquietumque effun-
diunt, ut bene cœptum opus aut propter occurrentes difficul-
tates, aut propter multitudinem curarum imperfectum, aut
vocem penitus infectum relinquatur.

isque VI. Denique & illud ejusmodi devoutæ Personæ admone-
nendæ sunt, ut rectè iterum S. Franciscus Salesius insinuat
, in p. 3. reg. c. 7. §. 4. ut sancta cum libertate in suis exercitiis de-
votionis procedant, ita ut neque ad sensibilia solatiola, neque
ad similia pietatis opera adeò affixi sint, ut, si vel infirmitate,
vel casu improviso, vel honestis, legitimisque de causis, vel
Proximo indulgendi, serviendique studio ab ijs avocentur,
& impedianter, mox inquietudine, animisque morositate, &
impatientiâ conturbentur, sed in continua mentis tranquilli-
tate perseverent, consuetamque illis charitatem, suavitatemque
exhibeant, qui ab exercitiis omissis impediverunt; nam
neque sensibiles nimirum in suis actionibus, nec molles nimis
in propositis eos esse convenit, eò quod hæc vitia inquietu-
dinem & anxietates conscientiæ inducant, superstitionisque
periculo exponant. Satis ergo illis sit, arborem devotionis &
bonae voluntatis, actis profundè radicibus firmiter consistere,
nec curandum magnopere, si à ventis aut folia, aut fructus, aut
rami etiam agitantur, altè radicato & inconcluso, & firmiter
consistente arboris trunko. Unde rectè pius Asceta l. 3. c. 16.
devotus homo, inquit, ubique secum fert Consolatorem suum
IESVM, & dicit ad eum: Adesto mihi, Domine IESV, in omni
loco & tempore, Hac mihi sit consolatio, libenter velle carere
omni humano solatio. Et si tua defuerit consolatio, sit mihi
tua voluntas & justa probatio pro summo solatio; non enim
in perpetuum irasperis, neque in aeternum comminaberis.

§. X.

Quid circa Instructionem Juventutis &
Pueritiae observandum sit.

I. **H**æc instructio, si illa alia, cordi vel maximè debet esse
Operario Apostolico, cùm experientiâ quotidiana-